MARCUS POLUS. IOHANNES PRESBYTER. LUDOLPHUS DE SUDHEIM
15. Jh. Seite 54r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



Ciuitatis et munitiones multas contra quoscumque hostilis insultus
que dum volunt contra hostes suos exire in congressum
secum ducunt .c. milia matronarum et puellarum equitum
strenuarum et in bellandi exercitio nimis animosarum
absque peditibus innumerabilibus cum arcubus sagittis per
ceteris edoctis letaliter scientes suis inimicis detrimenta
personarum inferre

Scire uos volumus quod terram nostram circumdat quidam
fluuius qui dicitur physon qui exit de paradiso voluptatis
de quo primus homo adam eiectus fuit suis exigen
tibus peccatis ultra quem fluuium est terra etiam nobis subiecta
que pidonia vocantur quam inhabitant Bidones ho
mines prue statuere tamquam hominum biennorum multe tamen
discretionis equitantes pruos equos ad similitudinem ari
etum qui tamen xpiani sunt et nulla gens est eis con
traria uel nociua sed quidam aues magne et rapa
ces dum segetum suarum messem habere decreuerint
ipsos inuadunt ungibus dilacerantes et rostris
multimode mortalia ipsis uulnera duris morsibus
infligentes contra quos ipsi bidones induti armis suis
munitionis animositate repleti uiriliter egrediuntur
causa pugne Rex quorum congressu huic inde eorum
duce precedente sequitur magna strages dum ille in
illos rapacibus unguibus suis et rostris ferocibus